

# DECRETVM

## GRATIANI EMENDATVM

ET ANNOTATIONIBVS

Illustratum vna cum Glossis:

GREGORII XIII. PONT. MAX.

IVSSV EDITVM.

*Ad exemplar ROMANVM diligenter recognitum.*




*1663*



PARISTIS.

M. DCL.

CVM LICENTIA.



# G R E G O R I U S

## P A P A X I I I .

Ad futuram rei memoriam.



*V*M pro munere pastoralis humeris nostris iniuncto id precipue nobis propositum habeamus, ut omni studio, diligentiaque omnes Christi fideles his presertim tam grauibus, calamitosisque temporibus in recta, & Catholica fide continere curemus, ac propterea id in primis nobis agendum, & prouidendum sit, ut omnem omnibus aberrandi ab ea occasione subtrahamus: Dudum ob huius rei executionem, adhibitis nonnullis ex fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, adiuncto etiam aliquorū doctrina & pietate insigniam virorum studio, Decretum Gratiani nuncupatum absque glossis, necnon idem Gratiani Decretum cum Decretalibus Gregorij Papae Noni praedecessoris nostri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, non modo cum veteribus glossarum auctoribus, quibus cum viri pij, & Catholici fuerint, ignoscendum videtur, si quid vel ob errorem in illis, vel quia nondum pleraque à sacris Conciliis definita fuerant, liberius locuti sunt: Verum etiam cum his quae ab impijs scriptoribus tam extra in marginibus, quàm etiam intra aspersa fuerant Catholicae veritati contraria remouendi, corrigendi, & expurgandi curam demandauimus. Cum autem ipsam Decretum absque glossis à praefatis à nobis deputatis iam totum emendatum, & correctum, ac nonnullis annotationibus illustratum existat, ipsiusque maior pars à dilecto filio Paulo Constabilis tunc sacri nostri Palatii Apostolici Magistro vnà cum dictis Decretalibus felicitis recordationis Gregorij Noni praedecessoris nostri ita impressis recognita, & approbata sit. Reliquum vero eiusdem Decreti vnà cum annotationibus praedictis tam absque glossis, quàm ipsum totum cum glossis, Sextumque & Clementinas simul, & Extrauagantes à dilecto filio Sixto Fabri, eiusdem Palatii nostri Apostolici Magistro recognoscenda omnia, & approbanda in officina populi Romani, quae ad hoc potissimum ut libri sacri in ea fideliter, & incorruptè imprimantur, crecta sunt, imprimi, & impressa diuulgari iusserimus, ac ut ad maiorem Christi fidelium vbique tam intra, quàm extra Italiam, citra, & ultra montes commorantium commoditatem hoc iuris Canonici Corpus fideliter, & incorruptè iuxta exemplar hic Romae impressum à Catholicis Typographis à Romano populo, siue ab eo deputatis, vel pro tempore deputandis electis imprimi possit. Nos opportunè prouidere volentes, ut hoc Ius Canonicum sic expurgatum ad omnes vbique Christi fideles factum rectum perueniat: ac ne cuiquam liceat eidem operi quicquam addere, vel immutare, aut inuertere, nullaque interpretatione adiungere, sed prout in hac nostra Vrbe Romana nunc impressum fuit, semper, & perpetuo integrum, & incorruptum conseruetur. Motu proprio & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine omnibus, & singulis in nostro, & sanctae Romanae Ecclesiae Dominio, nobis, & eidem Romanae Ecclesiae mediatae, vel immediate subiecto commorantibus, vel ad illud quouis praetextu aduenientibus,



**CANONES PÆNITENTIALES.**  
**QVORVM NOTITIA VIRIS ECCLESIASTICIS**  
**EST VALDE NECESSARIA. SVNT ENIM QVÆDAM**  
REGVLÆ DIRECTIVÆ AD PÆNITENTIAS  
**delinquentibus imponendas.**



**C**ONSIDERANDVM est de canonibus pœnitentialibus. Ad quorum intelligentiam prænотandum est, quòd sicut est in scientiis practicis, quæ versantur circa opera, quòd sermo in vniuersali est incertus & dubius: sed cum applicatur ad singularia, incipit quòdam modo habere certitudinem, vt qui non considerat circumstantias particulares, potius deuiet, quàm se rectificet, vt patet in medicina, & scientia morali: Sic est intelligendum in proposito, quòd canones instruunt in generali quomodo est pœnitentia imponenda: sed descensum ad singularia presbyteris discretis reliquant, qui considerant circumstantias personarum attendentes ad canones sicut ad regulas directiuas: quia si contra canones imponant, non recte imponant. Nulli ergo presbytero licet facere aliquid, quod possit Patrum regulis obuiare. distinet 38. nulli. In canonibus autem maxime determinatur pœnitentia quo ad tempus: & magis quàm quo ad modum: quia illa determinatio est certior & communior. hæc Bonauentura. Vt ergo scias qualiter debeat procedere arbitrium presbyteri, nota regulariter, sicut dictum est supra, septennis est pro peccato mortali pœnitentia imponenda: & hoc non tantum propter temporis diuturnitatem: sed magis propter significationem. In veteri enim lege Maria soror Moyli lepra percussa, separata fuit extra castra septem diebus, Numeri 12. Maria significat pœnitentem. Interpretatur enim amarum mare. Hæc pœnitit septem diebus, sed nunc pœnitet septem annis, quod significatum est, Ezech. 4. Diem pro anno dedi tibi.

¶ Si queratur quare pœnitentia sit aggrauata, cum lex noua sit lex misericordis: Respon. quòd hic est maior ingratitude propter maiorem gratiam, & maior contemptus propter maiorem dignitatem nouæ legis, in qua Christi sanguis est effusus, & grauius peccatum propter statum peccantis, qui debet esse perfectior. Et vltimus satisfactio in lege noua debet esse perfecta, vt in pristinum statum reducat. Et quis sol in vna die non redit in idem punctum, sed in anno: ideo dies conuersus est in annum. Rursum. Quia perfectum remedium est in lege noua: ideo annus multiplicari debet per septem, propter septem dona Spiritus sancti recuperanda, & propter septem doctores: scilicet tres animæ, & quatuor corporis obtinendas. Huiusmodi autem pœnitentia non est omnibus imponenda, nec tamen est infirmenda: sed est insinuanda, vt cognoscatur quàm grauis est culpa. hæc Bonauentura. Licet autem pro singulis peccatis criminalibus sit statuta talis pœnitentia, debet tamen imponi magis vel minus aspera prout maioritas vel minoritas criminis cum ceteris circumstantiis hoc exposcit, vt in sequentibus patet. A prædicta namque regula excipiuntur plurimi casus,

in quibus propter dignitatem peccantis vel criminis enormitatem imponitur pœnitentia maior: aliquando etiam ex variis causis minor. Ad hoc ergo quòd presbyter circa pœnitentias disponendo cautius arbitretur, notandi sunt casus, in quibus per canones certa pœnitentia imponuntur, quos scilicet canones tenent presbyter scire, vt dictum est supra. Sunt autem illi.


¶ Primus est, quòd si presbyter fornicationem fecerit, pœnitentiam decem annorum faciat hoc modo: scilicet, quòd sit inclusus, siue à ceteris in aliquo loco remotus: sacco indutus & humi prostratus misericordiam Dei implorens. primis tribus mensibus continuis à vespere in vespere pane & aqua utatur, exceptis Dominicis diebus, & festis præcipuis in quibus modico vino, pisciculis & leguminibus recreetur. Elapsis autem sic tribus primis mensibus de illo loco exeat, non tamen in publicum procedat ne populus in eum scandalizetur. Et per hoc videtur, quòd in publico crimine loquatur. Post hoc resumptis viribus aliquantulum, vnum annum & dimidium in pane & aqua explet, exceptis Dominicis & aliis præcipuis festis, in quibus vino, sagimine, ouis & caseo poterit uti. Finito sic primo anno & dimidio, particeps sit corporis Domini: & ad pacem veniat, & ad psalmos cum aliis fratribus canendos in choro vltimus recipiatur. Ad cornu tamen altaris non accedat: sed minorum ordinum tantum officia gerat, deinde vsque ad completionem septimi anni tres legitimas ferias, scilicet secundam, quartam & sextam, exceptis diebus Paschalis, qui sunt quinquaginta, in pane & aqua ieiunet, secundam tamen feriam vno psalterio vel denario si sit operarius redimere poterit. Et sic completionem septimum annum compleuerit, potest cum episcopo ad gradum pristinum renouari: ita tamen quòd in tribus annis sequentibus sine vlla redemptione omni sexta feria in pane & aqua ieiunet. Et eadem pœnitentia imponenda est presbytero de omnibus aliis peccatis, quæ depositionem inducunt. Probantur autem hæc omnia 81. distinet. presbyter si fornicationem, quod intelligunt quidam de simplici fornicatione: alij forte melius secundum Ray. de adulterio vel incestu: puta, quis cognouit coniugatam, consanguineam vel affinem.

¶ Secundus casus est, si presbyter cognouit filiam suam spiritualem: quam scilicet baptizauit, vel in baptismo vel in confirmatione tenuit: vel quæ sibi confessa fuit, debet pœnitentiam agere xij. annis. & etiam debet deponi, si crimen sit manifestum: & peregrinando xv. annis pœnitet, & postea monasterium intrat tota vita sua moraturus ibidem. Episcopus vero qui talia commisit, pœnitet xv. an. Ipsa vero mulier debet omnia relinquere, & res suas pauperibus dare, & conuersa vsque ad mortem in monasterio Deo seruire. 30. q. 1. si quis sacerdos & cap. non debet.

¶ Tertius

# CANONES SANCTORVM APOSTOLORVM

Per Clementem à Petro apostolo Romæ ordinatum episcopum,  
in vnum congesti.



**E**PISCOPVS à duobus aut tribus episcopis ordinatur.

ij. ¶ Presbyter ab vno episcopo ordinatur item diaconus, & reliqui clerici.

iiij. ¶ Si quis episcopus aut presbyter præter ordinationem Domini, quam de sacrificio instituit, alia quæpiam,

pura aut mel, aut lac, aut præ vino licetam, aut confecta quædam, aut oves, aut aliqua animalia, aut legumina supra altare obmiserit, vt qui contra ordinationem Domini facit, deponitur: excepto nono frumento & vna opportuno tempore. Præterea licitum nõ est aliud quidpiam adinquirere ad altare, quam oleum in candelabrum, & incensum oblationis tempore.

iiij. ¶ Omnia aliorum pomorum primitiæ episcopo & presbyteris domini mittuntur, non super altare. Manifestum est autem, quod episcopus & presbyteri inter diaconos & reliquos clericos eas diuidunt.

v. ¶ Episcopus, aut presbyter, aut diaconus uxorem suam prætextu religionis non abiicit: si abiicit, segregatur à communionem: si persequatur, deponitur.

vj. ¶ Episcopus, aut presbyter, aut diaconus seculares caras non suscipit: alioquin deponitur.

vij. ¶ Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus sanctum diem Paschæ ante verum æquinoctium cum Iudeis celebrauerit: deponitur.

viii. ¶ Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicumque ex sacerdotali consortio, oblationes facta, non communicauerit: causam dicit. Et si bona ratione subnixus sit, veniam promeretur. Sin minus dixerit: à communionem excluditur, tanquam qui populum in ætorem offensionis, fuerit motus contra eum suspitione, qui obrulit.

ix. ¶ Quicumque fideles ecclesiam ingrediuntur, & scripturas audiunt, neque apud pecces & sanctam communionem permanent: eos tanquam qui ordinis in ecclesia perturbationem inducant, à communionem averti oportet.

x. ¶ Si quis cum excommunicato, licet in domo, pecces conuenerit: ille communionem priuatur.

xi. ¶ Si quis cum deposito clerico, vt cum clerico pecces conuenerit: deponitur & ipse.

xij. ¶ Si quis clericus aut laicus à communionem segregatus, seu nandum in communionem receptus, ad aliam profectus ciuitatem, sine commendatilis litteris receptus fuerit, à communionem excluditur tam qui recepit, quam qui receptus est. Si excommunicatus fuerit: in longius illi tempus excommunicatio protenditur.

xiii. ¶ Episcopo, qui parochiam suam dereliquit, alteri insubrenetas esse licet à pluribus ad hoc compellatur: nisi rationabilis aliqua causa subat, que hoc ipsum facere vi adigat, nempe quod plus lucri & utilitatis his, qui illic constituti sunt, verbo pietatis confer-

repossit, neque hoc tamen à seipso, sed multorum episcoporum iudicio, & exhortationem maxima.

xiiii. ¶ Si quis presbyter, aut diaconus, aut quicumque tandem de clericorum consortio, relicta parochia sua, in aliam concesserit, & omnino transmigrationem facta, præter voluntatem sui episcopi in alia parochia motam traxerit: hunc iubemus, ne postea in ministerio publico sit ecclesie: maxime si accessente ipsius episcopo eius reditu contemnat, peruerso illic ordine perseverans: vt laicus tamen ibi locorum in communionem admittitur.

xv. ¶ Quid si episcopus, ad quædam accesserint, pro nihilo reputata vacationis à ministerio ecclesiastico præna, que contra eos definita est, ipsos vt clericos susceperit, à communionem excluditur, vt peruersi ordinis magister.

xvj. ¶ Qui post baptismum duabus implicitus fuit concubitis, aut concubinam habuit: is episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique in consortio sacerdotali esse non potest.

xvij. ¶ Qui viduam duxit, aut diuortio separatam à viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, que publicis mancipata sit spectaculis: episcopus, presbyter, aut diaconus, aut denique ex consortio sacerdotali esse non potest.

xviii. ¶ Qui duas sorores duxit, aut consobinam, clericus esse non potest.

xix. ¶ Clericus, qui fidei iussionem dat, deponitur.

xx. ¶ Si quis humanæ violentiæ eunuchus factus est, aut in persecutionem amputata ei sunt vitilia, aut ita natus fuit, & dignus esse fecerit episcopus.

xxi. ¶ Qui sibi ipsi vitilia amputauit, clericus non est: licet: sed enim ipsius homicida est, & inimicus creationi Dei.

xxii. ¶ Si quis, cum clericus esset, vitilia sibi ipsi amputauerit: deponitur homicida etenim sibi ipse est.

xxiii. ¶ Laicus, qui seipsum mutilauit, per tres annos à communionem euicitor: pura quia ipse vitæ suæ posuit insidias.

xxiiii. ¶ Episcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicationem, aut peritio, aut furto deprehensus, deponitur non tamen à communionem excluditur. Dicit enim scriptura: his de eodem delicto vindictam non exiges. Eadem conditioni consimiliter & reliqui clerici subdantur.

xxv. ¶ Ex his, qui ex libris in clerum peruenerunt iubemus, vt lectores tantum & cantores (si velint) nuptias contrahant.

xxvj. ¶ Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrorem ipsis per huiusmodi vult incutere, deponi precipimus. Nusquam enim Domini hoc nos docuit. Immo vero contra, cum ipse percuteretur, non repercutiebat: cum laceraretur, non comminabatur.

xxvij. ¶ Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus ob certa crimina iuste depositus, aringere ministerium,

# MARGARITA DECRETI, SEV TABULA MARTINIANA,

Edita per F. Martinum ord. Præd. D. Papæ Penitentiarum, & Capellanum.

Numero columnarum vbi distinctiuses, sententiæ, quæstiones & eorum capitula sunt, supra in tabuli capitulorum inuenies.

**INTER ALIA,** quæ ad solium Christi doctrinam scripta sunt, magnam ipsi Decretorum liber compilationem præstat, huius enim doctrinæ & Clerici & Laici, reguntur. Et per ipsorum in sacramentis, non in scriptura repulsa fallunt, profectum quilibet cognationem huius de veritate: nec frangitur in aduersis, nec dissoluitur in proferis. Præteritorum memores, & de futuris caueatis, quilibet ad sanctam imitationem bonamque spirituum Decretorum lectis accendat. Sed quia non salutaris doctrina uideatur diffusa: Rex frater noster, iudicium Prælatorum, demum Papæ penitentiarum & capellanum, pro cuius sancti iocunditate deditur præcipuum per alphabetum non sine magna labore ad meam perspicue utilitatem disposuit. Non tamen ducens sententiam determinare, sed ipsius libri materiam intumescere. Nec capitulorum ordinem in aliquibus obseruans; multaque ab præteritis amissit. In Christi regni uniuersum auctore bonorum per quos (colle. ceteris. 11 distinct. cap. ab eorum) 2, emulauit ad a. spem pontificis, hoc quæ a prima littera usque ad extremam deducti, esse adiuuante, quæ est principium & finis.



**Aron.** Quod clericus Aron meliophiliter insinuat. c. 11. cognoscitur de pan. dist. 2. 5. oppositum. 21. mod.

Item quæ in suo sacro sono status summi possunt, et reprobantur dist. 2. 3. Item ponitur in exemplum terris contra usurpantes præteritas. 7. q. 1. denique post modum ponitur in exemplum quod non homo præteritionis assumat nisi à Deo uocatus. 3. q. 1. in scripturis. a. 10. Item ponitur in exemplum quod nullus homo potest esse sine peccato. de pan. dist. 1. 5. oppositum. c. 11. mod. Item ponitur in exemplum lapsus post penitentiam ad peccatum retrahentem. 13. dist. 1. post ordinationem. 5. c. contra exemplis. Item cum filius suis in exemplum penitentis episcopi & clericis de manu iniuncti honestatis. 23. dist. 1. c. 1. Quod oblationes ecclesiarum solis sacerdotibus seruentur, præfigurantur. q. 1. hanc. Quod etiam argumentum quod dicitur de gratiam libellus per orationem absolutam. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod virgo Aaron debeat virginitatem arguere. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod abbas non ab episcopo ponitur, sed à monasterio congregatione eligitur. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod in abbatem eligi debet qui sit dignus monasterio. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod in abbatem electus debet esse cuius in regimine, humilitas, castitas, misericordia, discretio, &

subtilitas. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod abbas excommunicatus non debet esse scriptus in monasterio nisi excommunicatus. 13. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod subest correctioni & dispensationi episcopi non excommunicatus. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod solus abbas habet potestatem in monasterio suo. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod potest consecrari sacros ordines primo licet non existens. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod non debet regere plures abbas. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod dispensat eum monacho ut habeat specialem cellam. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod sine suo consensu monachus venire non potest. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod sine sua licentia non licet monachis aliquid habere, dare vel accipere. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod abbas criminatus potest deponi ab episcopo etiam iniuncto consensu. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod non licet abbati alienare vel obligare res ecclesie alique consensu episcopi. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod confessiones audire, vel penitentias iungere non possunt nisi suorum subdito. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod non licet episcopi & aliis regularibus aliter quam iuxta ordinem ecclesie officia decernere. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1.

*De heremita habet ubi agitur de monacho.*

**Abbatissa.** Quod in abbatissam non eligatur nisi heremita. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod nullam monacham velat potest. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod uelle loqui cum aliquo debet affectari per regulam monacham. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. & cum decima. **Abel.** Quod Abel placuit Deo, & eius oblatio. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod peccata in exemplum patientie. 7. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. **Abortus.** Quod abortus procreatus a quocumque muliere. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. **Abraham.** Quod Abraham ponitur in exemplum quod sepelire prædecessorum suorum nisi ex causa non sunt. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Item est in exemplum decimationis decimarum sacerdotibus. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod excommunicatus à mandato. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Item in fili promptis immolatione ponitur in exemplum obedientie. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Item ponitur in exemplum sanctitatis coniugii de pan. dist. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod idem de pluralitate seminarum non culpatur, quia tunc Dei populi multiplicatio queritur. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Item ponitur in exemplum quod ex huius partibus mali filii generantur. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1.

17. dist. sicut hi. 5. necesse in. 1. c. 1. seq. Item quis in hospitalitate acceptos per sonatum non facit, angelus recipere membra. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. quilibet. Item quod hoc non videtur angelis hospitalis acceptis exhibetur. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. in fine.

**Abrogatio.** Quod abrogatio legitur vel constitutionum sit eorum consideranda. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Item uacantia constitutione. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Item locorum uarietas. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Item temporum disparitas successione. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Item maiorem emergentiam occasione. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Item si sit Romana. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Item de tempore aucto, eorum iudicium bene intentione fecit, & facilius bona intentione defragit.

**Absolutio.** Quod est absolutio peccatorum. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Item quid excommunicati. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Item quid iuramentum illud. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1.

Quod solus Pape est à iuramento legito absolutus. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod absolutio cum discretionem est facienda. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod minor maiorem nec ligare nec absolueri potest. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod hereticus vel schismaticus ab ecclesia nec ligari nec absolui potest. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod malus sacerdos quando uoluerit absoluit. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod episcopus vel sacerdos prior debet esse ad absolueandum quibus ad ligandum. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod non licet aliquid accipere pro absolutione. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod archiepiscopus potest absolue excommunicatum ad episcopo. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod uel absolutio sacerdotis quando sit clauis non eradicat. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod si quis à canonice potest absolui ad infirmitate. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod excommunicatus sacerdos nec ligari potest nec absolui. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod mortuus in excommunicatione non debet absolui nisi uis non panituit. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod debet fieri per manus impositionem. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod absolueendus debet restituere gannas. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod ille qui ligat, debet absolue. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1.

**Abstinencia.** Quod abstinencia uera est si peccatis abstinere. de c. 1. dist. 1. c. 1. Quod hoc à licet abstinere. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod duplex de carnalibus bonis à licet abstinencia. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1. Quod non sufficit à carnalibus abstinere nisi bonum fiat. 1. q. 1. c. 1. dist. 1. c. 1.